



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 110. Præcedente admonitione Rex a Papa anathemate percusus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

amjam  
ut inde  
poro  
ribebat  
sed in  
otesfan  
e lyti  
oc Re  
audi  
nonnul  
rotella  
quid in  
nonnul  
& re  
e iden  
um ha  
mod  
posse  
si qui  
ret, i  
; Pur  
ereban  
n con  
stolica  
patro  
  
manch  
ere ha  
ud alio  
nari po  
quam

patrocinium confugientes ab ejus obedientia deficerent.

Sæcul.XVI.  
A.C.1589.

### §. CX.

#### *Præcedente admonitione Rex a Papa anathemate percussus.*

Sixtus quoque hoc timore percussus *Thuan. l. 95.*  
*Spord. hoc*  
*monitorium vocant, in Patrum Senatu ann. n 10.*  
*edidit, quo post iterato narratam Car- Journa! de*  
*dinalis Guisii necem, & Borbonii, at- Henri t. 1.*  
*que Lugdunensis detentionem, quibus Matthieu l.8.*  
 Rex quamvis saepe monitus satisfacere non curasset, pro paterno affectu, quo eum semper prosecutus fuisse, denuo per viscera misericordiae Dei hortabatur, & Auctoritate Apostolica primo, secundo, & tertio monebat, præcipiebatque, ut dictos Borbonum, & Lugdunensem intra decem dies a die publicati monitorii numerandos, pristinæ libertati restitueret, & triginta post restitutionem diebus id Sedi Apostolicæ idonee significaret: ni faceret, eum, & cunctos, quicunque iis in rebus consilium, auxilium, aut favorem præstarent, in Ecclesiasticas censuras incurfuros, & ab Ecclesiæ corpore exscindendos, atque ejus communione privandos minitabatur, prout in sacris Canonibus, & diplomate, quod seria quinta

Yy 2 hebdo-

**Sæcul. XVI.** hebdomadæ sanctæ prælegitur, san-  
A.C. 1589. citum effet.

Præterea Pontifex hunc Regem catabat, ut intra sexaginta dies a citatione, per se, vel Procuratores idoneos Romæ in judicio se sisteret, rationem præteriorum redditurus: porro horum sexaginta dierum viginti pro prima, tandemque pro secunda, reliqui pro tertiâ admonitione canonica assignabantur declarabat insuper Papa, quod intera nec Rex, nec ceteri hujus cædis complices, a quoquam quacunque dignitate, aut facultate prædicto, nisi a summō Pontifice, neque etiam in foro conscientiæ, excepto mortis articulo, ac nec tunc quidem, nisi præstita cautio ne de parendo Ecclesiæ in iis, quæ essent illis injuncta, absolvi possent: præterea addebat derogationem omnibus indultis, facultatibus, aut privilegiis, seu Regi, seu ipsius Majoribus quacunque forma, modoque in contrarium concessis. Porro hoc monitorium quamvis propositum fuisse in Patrum Senatu die quinta Maji, haud tamē publicatum est ante vigesimam quartam ejusdem Mensis diem, qua affixus de more fuit ad valvas Basilicæ S. Petri, & sancti Joannis in Laterano, nec non ad portas Cancellariae Apostolicæ & in Campo Floræ, cumque in eo pârte

riter mandaretur, ut ad valvas dua- Sæcul. XVI.  
A.C. 1589.  
rum, vel trium Ecclesiarum Cathedra-  
lium ex sex ibi nominatis promulgare-  
tur, ne Rex, vel ejus subditi ignoran-  
tiam obtendere possent, ideo vix fœ-  
derati hoc diploma receperant, cum  
illud Meldis, & Carnuti promulgarent,  
etiam si Thuanus Carnutenis Episcopus  
obstitisset: Franciæ autem Ministri post  
hoc decretum in Patrum Senatu finci-  
tum haud amplius Romæ subsistere au-  
debant, hinc Joyosa Cardinalis, & Ar-  
naldus Ossatus Venetias secesserunt,  
Pisanus vero Marchio, & Cenomanen-  
sis Episcopus Liburni consensa navi  
in Franciam reversi sunt.

### §. CXI.

#### *Rex ad hujus decreti famam per- territus.*

Attamen Venetæ Reipublicæ Senatus, *Journal &  
Thuan. l.c.*  
Magnus Etruriæ Dux, necnon Dux  
Mantuæ præ ceteris priores Regem de  
decreto adversus eum Romæ promul-  
gato certiorem reddebat: non deerant  
quidem, qui hoc edictum nullius va-  
loris esse, Henrico persuadere niteren-  
tur, nihilominus ipse exinde summo  
terrore affectus Senatum suum convo-  
cavit, ac de opportunis hanc tempe-  
statem suo capiti impendentem decli-  
nandi mediis deliberari præcepit, ita

Yy 3                   men-